UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Firmino presbytero et martyre. Cap[itulum]. cxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

autem.xij.imperatori diocletiano calcedonem
venienti:a proconſule preſentantur. Quos cuꝫ
imperator in chriſti fide immobiles reperiſ-
ſet eos oēs vinctos leonibꝰ ⁊ vrſis expoſuit de
uorādos. Et cū a feris īracti cuſtoditi fuiſſent:
iuſſit eos oēs pariter decollari.viij.kal̃.octob.

¶ De ſancto Cleopha diſcipulo. Cap̄.cxviij.

Cleophas
diſcipulꝰ vnꝰ ex
lxxij. fuit. Hic
vnꝰ ex illis duo
bus extitit: qui
bus in caſtello emaus eunti-
bus in die reſurrectionis ſue
dominus apparuit: ⁊ ab ipſis
inuitatus cum eis diſcubuit:
quē ⁊ ipſi in panis fractione
cognouerūt. Alius ꝟo lucas euangeliſta fuiſſe
dicitur. Hunc autē tradunt apud ipſum caſtel-
lum emaus in eadem domo qua menſem domi
no parauerunt poſt diſcipulorum in iudea di-
ſperſionem pro confeſſione chriſti a iudeis oc-
ciſum ⁊ glorioſa memoria ſepultum:qui paſſus
eſt ſeptimo kalendas octobris. Hec in marty-
logio adonis: ſumpto ex Hieronymi ſcriptu-
ris ⁊ chronicis antiquis.

¶ De ſancto Firmino preſbytero
et martyre. Cap̄.cxix.

Firminus
preſbyter et mar-
tyr apud ambianū
paſſus eſt ſub lon-
gino ⁊ ſebaſtiano preſidibus:
qui ex ciuitate hibernie: que
dicitur pampilonia ortus pa-
tre firmo ſenatore:cuꝫ adhuc
eſſet puer traditus eſt hone-
ſto preſbytero ſacris litteris
imbuendus:qui annorū.xvij.etate et doctrina
proficiens:⁊ pro honeſto iam ſene predicatio-
nis officium ſupplens: ab eodem ad honoratū
epiſcopū toloſam miſſus eſt: a quo ⁊ preſbyter
eſt ordinatus. Anno ꝟo etatis ſue.xiij. reuer-
ſus ad magiſtrum relictis omnibus apud an-
degauen̄. vrbem anno vno et tribus menſibus
predicauit:⁊ multos ad xp̄m conuertit:deinde
beluacum veniens: a valeſio preſide ob chriſti
confeſſionem ſepe vſq₃ ad mortem flagellatus
eſt:⁊ poſt hec in carcerem clauſus: ſergio ſuc-
ceſſori valerij reſeruatus eſt; ſed a populo vio
lenter ſolutus: ibidē diutius predicauit:omnē
populum baptizauit:⁊ eccleſias plures cōſtru-
xit:inde ambianū perrexit:⁊ infra.xl.dies tria
milia hominū ad xp̄m conuertit. Tandē a lon-
gino ⁊ ſebaſtiano preſidibus cōprehenſus:pro
pter timorem populi in carcere decollatus eſt
vij.kalen.octobris. Fauſtinianus autē ſenator
pater ſancti firmini ep̄i:de quo ſupra dictū eſt
iij.kalen. ſeptēbris qui ab eodē martyre cū fi-
lio fuerat baptizatꝰ:corpus eius rapiēs in ſuo
cimiterio ſepeliuit:qđ poſtmodū ſaluiꝰ ambia-
nen̄.ep̄s in eccleſiam maiorē tranſtulit: de quo
ſupra habitū eſt.iij.idus ianuarij. Sebaſtianꝰ
auteꝫ preſes in vltionē martyris xp̄i a ciuibus
beluacēſibus poſtmodū interfectus eſt.

¶ De ſancto Herculano martyre. Cap̄.cxx.

Herculanus
martyr paſſus eſt
rome ſub aurelia-
no imperatore: qui a
beato alexādro papa ad chri-
ſtum conuerſus eſt: ⁊ baptiza
tus. Cum idem alexander in
cuſtodia teneretur apud qui-
rinum tribunum: quapropter
aureliano accuſatus ⁊ ab eodem cōprehenſus
atq₃ fuſtibus ceſus in confeſſione nominis dn̄i
tandē gladio cedente martyrij palmā percepit
vij.kal̃.octobris. Cuius corpus via numētana
ſeptimo ab vrbe miliario a xp̄ianis ſepultū eſt.

¶ De ſanctis Cypriano epiſcopo ⁊ Iu-
ſtina virgine et martyribus. Cap̄.cxxi.

Cyprianus
epiſcopus ⁊ iu-
ſtina ꝟgo paſſi
ſunt apud da-
maſcum et con-
ſumati in nicomedia ciuitate
tempore claudij imperatoris
ſub eutelio comite orientis.
Beata nanq₃ iuſtina de ciui-
tate antiochie filia eduſij ſa-
cerdotis idoloꝝ: quotidie ad feneſtrā ſedēs:⁊
prelium diaconē legentē euangelium audiens
conuerſa eſt. Quod cū mater patri in lecto nun
ciaſſet: ⁊ ambo dormitātes xp̄m cū angelis eos
ad regnū celorū vocantē vidiſſent:euigilantes
mane ⁊ ipſi conuerſi ad eccleſiā conuenerunt:⁊
vna cū iuſtina ab optato ep̄o baptiſmū percepe
runt:a quo poſtmodū eduſius preſbyter ordina
tus eſt. Quo defuncto dum virgo xp̄i eccleſiam
frequentaret:⁊ eam quidam aglaius ſcholaſti-
cus adamaret: miſit ad eam matronas ⁊ viros
vt ſibi illam peterent in vxorem. Que cum om-
nibus ſe xp̄o deſpondiſſe reſponderet. Ad cy-
prianuꝫ magnum iuuenis acceſſit:qui puer ab
annis.vij.fuerat diabolo conſecratus: vt arti-
bus ſuis iuſtinam in eius amorem concitaret.
Cyprianus autem aduocauit demonem quen-
dam: ⁊ eum adiurare cepit: vt virginem de li-
bidine tentatā ad ſe adduceret: vt eam vel ipſe
vel aglaius cognoſcere poſſet. Demon autē vn
guentū quoddā cypriano tradidit: vt domum
virginis perungeret; ⁊ ipſe poſtmodū noctu ad